



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 21. Multi leprosi. Eliseus, quantum à sibi cognatis fuit despectus, tantum fuit ab alienigenis, nominatim autem à Naaman amplificatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

14.
D. CHR.
Hom. 17.
Tom. 2.
Ser. 26. cit

missus est propheta, ut ab inope pasceret, quantum ut egentem pasceret, ait D. Chrysostom. num forte defecerat Deus extrema illa fame Eliam ministerio corui alendo, quarit D. Aug. Nequaquam, sed religiosam vitam, per obsequium exhibitum seruo suo, benedicere disponerat.

Quotiescumque Deus ad te pauperem mittit alendum, tibi beneficium, tibi gratiam impertit eminentiorem: non enim Deo modus deficit pauperes suos nutriendi: sicut namque vatem Eliam aliquot diebus aluerat in deserto Charith corui ministerio, sic ceteris poterat vitæ diebus omnibus. Hoc autem intendit, te diuitijs cumulare, & pro panis frustulo, immensum tibi gloriæ pondus elargiri, & vestæ refarcitam pauperi datâ eternæ beatitudinis stola cōpensare. Deinde, ut hoc euidenter agnoscas, sic illa disposuit Deus ut Elia viduæ domum ingresso, farina in vase, & oleū in lecytho non deficeret, quibus illa & se, & filiū, totamque suā pasceret familiā, nulla fame laborantē, eo præsertim tempore, quo & ipsi Reges, ac nobiliores Principes ciborum penuria laborabāt. Ex quibus hoc colligit D. Cyr. nullū aptius esse mediū, quo triticū tuis exuberet horreis, & vina redundent torcularia, & lecythi superfluant oleo quam ea communicando pauperibus: Hoc probat, ac luculenter exponit D. Clemens Alexandrinus puteorum, vberumque exemplo, tanto namque scaturit aqua de puteis copiosius, quanto ex illis hauritur frequentius, & tanto profuunt vbera lacte abundantius, quanto communicatur lac alijs vberius: Quemadmodum putei scaturiunt exhausti in pristinam mensuram reuertuntur, ita etiam elargitio, qua est fons bonus benignitatis, potum sitientibus communicans, rursus augetur & repletur quomodo ab vbera, qua sugantur, solet

Lib. cit.

L. 3. Paderb.
88. c. 7.

D. CLEM.

ALEXAN.

D. BASI.

Hom. 8. in

diuites a-

uapor.

To. 1.

lac consuero. Ex eodem D. Clem. eandem hausit doctrinam D. Basil. & satis ad rem has expedit similitudines: Puteos imitatus (inquit de electione in molinarijs): Qui continuo exhausti, minime desinunt, sed duplo copiosiores euadunt. Addit viduam illam imitantem, & si vnicum habueritis panem, accesserit autem mendicus, frangite esurienti panem, oculos ad Deum sursum erigite, di ste, Domine Deus meus, tecum hæc parum quod habeo, diuido, confide securus, quod inficio te, Deus abunde tibi prouidebit: Ne vereare ex paruo dare, si vnus tantum sit tibi panis, ad fores autem rogator adsit, dans, manus in caelum attolle &c. Dicque. Vnam hunc panem habeo, quem vides, Domine &c. Ad hoc consilium dat D. Basil. prudentissimum, quod remedium tuis necessitati

congruentissimū subleuandis, sit elargitio electi molyne. Pater mi, modicum mihi est, da igitur de illo modico, & crede, quod semines, ut multum colligas. Attende quantum tulerit mulier illa vidua prouentum de pusillo farinae, & olei in permodico tradito manibus Elie, in nomine Domini, tantam inde collegit messem, ut sufficiens sibi filioque tulerit alimentum, toto famis tempore, nec in villo fenferit indigentiam, de quibus fusissimè in nostris egimus tractatibus, & Dominica sequenti prosequemur.

§. 21. Multi leprosi. Eliseus, quantum à sibi cognatis fuit despectus, tantum fuit ab alienigenis, nominatim autem à Naaman amplificatus.

Secundum autem exemplū adducit Christus prophetæ Elisei, fuit hic primus & prædilectus vatis Elie discipulus, cui, cum igneo curru ad sidera veheretur, duplicem suū reliquit spiritum, nempe prophetizandi & miracula faciendi: stupeo plane considerans, quam vili habitus fuerit à suis contribulibus Eliseus, qui nec eius credebant sanctitati, nec verbis, nec quod in eo virtus esset, vlla, nec ipse Rex, qui vix eum audierat nominari, plus illum faciebat, quam de plebe quemlibet, ut clarissime patet ex ijs quæ Naaman Syro dixit, quando illum conuenit sanitatem ab illo postulaturus. Patum est eum nulla viguisse apud suos auctoritate aut honore fuisse celebratum; in super & despectus fuit iurioni, & sublationi, nam vni per plateas illum insequentes cateratim tantis lacertarent dicentibus, ut die quodam coactus fuerit rogare Deum quatenus non tolerandam puerorum puniret impudentiam. Casus hic fuit: ad patriam tendit, & ecce iuuenem scurratūque globus in viam conspirat; etenim (ex sententia D. Chrysost. & Abulen. b.) iam ex ephraim excelsit, & iudicio graues adoleuerant, opinatur autem D. Augustin. c. à parentibus tale facinus instigatos. Cum autem caluitis haberetur infamie, Eliseus autem caluus esset, à tergo accurrentes, plaudentes manibus acclamabant: Calue, calue, calue. Quid hoc, inquit Eliseus, quis talem patiens tolleret impudentiam? sicine Dei Prophetæ subannuntiat perdat vos Deus, proditores, scurræ, nebulones, flagitones maledicti. Confestim, et perperit de saltibus, ut nesciat quis aut yude, aut quomodocumque

br. 304.
h. temp.
L. d. Ser.
Chryso.
11.

vis duo ferocissimi, qui omnes, excepto nemi-
ne coram paribus eorum disceperunt pueros
infiores. Facinus hoc, crudelissimum Ma-
iachai indicantur. Ita D. August. Non hoc inquit, eru-
delitatis sed iustitiae fuit actus vindictivae: cum
epim Prophetas suos debuissent honorare con-
naturales eos tam effrontes iudificabant, vo uir-
que per hoc ostendit Dominus, (ait D. August.
Chrysol. In am sibi proprias habeat, quae suis
inferunt seruis iniurias, velique suos primo loco
suaui prophetas.

demag.
h. temp.
L. d. Ser.

Hic qui in propria regione apud suos adeo
vilescit, a tunc, precor, quanta apud extraneos
& incognitos emergat auctoritate, & honore
preueniat. Moralatur in Syria Provincia, ter-
ra Gentium & idololatrarum nobilis illustri-
simus vocabulo Naaman, qui armorum dexteri-
tate celebris, tam insignes de hoste retulerat vi-
ctorias, ut Provinciam suam eius eripisset ma-
nibus, & pristinae libertati restitutam descendit-
set. Ita D. Augustin. illud intelligit, quod Spiritus
S. ait: Per quem Deus salutem dedit Syria. Hic
lepra maculatur, tantumque cruciatur dolentibus,
ut dies noctesque continuis gemitibus, & gemitibus
tristis absunget. Varijs adhibitis remedijs
non emendatur. In ministerio erat illi familia,
quam de patria Elisei captivam abduxerat. Hanc
dominam suam in hac verba alloquitur. Domi-
na mea, est in patria mea Propheta, quem si Do-
minus meus adierit, non dubito, à lepra curabi-
tur. Credit an illa suae mulier, aditque virum,
pedesque narrat consilium. Hoc tantum au-
dito, magnam concipit corde, salutem, rem lae-
to successu perficiendam, & proponit eò proficisci,
Rex autem Regi Israel litteras mirum commen-
datitias, quibus à se missum indicat fideissimum
sibi docem exercitus, sed leprosum, fama quippe
pe quolibet perculante diaciterat, esse in Israel
virum, à quo possit hic à lepra sua curari. Re-
gionem ingreditur Israel, litteras Reg. consig-
nat: Respondet Rex. Hic cine: nec tales quisquam
est, nec per somnum quidem nullus hic talis
agnoscitur, nec quis te curat, imaginatione qui-
dem nominis aliquem. O viros si fideles, in
regione longinqua credit in illius regionis Pro-
phetam alienigena, at illi nec virum agnoscunt,
nec Prophetam imaginamur esse curatorem. Si-
ta, respondet Eliseus, omnium quae gerebantur
conscijs. Adite Regem, & me hic esse nuntiate,
ut autem Dei Israelis cunctis potentia innocen-
ter, illum à lepra curabo, huc illum ad me velo-
citer transmittat. Accessit Naaman, illi remedijs
prescribit, septies in Iordane laucus, quo facto,

à lepra mundatur. Revertitur ad prophetam, se
pedibus eius humilis prosternit, & azasque pluri-
mas esset gratis divitiarum. Absit, inquit Eli-
seus, sint tua tibi, non his ego. Nunc igitur
Domine mi pater mi: Concede mihi seruo tuo ut
tollam onus duorum burdonum de terra, quam pe-
dibus calcas. O terram benedictam! O terram
mille balijs honorantam, talibus calcam pres-
samque vestigijs? huius haec onera mihi, dese-
ram, semper mecum sequabo, & ex illa meo cõ-
struam aram orationi. O quantum tribuit quan-
tu facit, & istin atque Prophetam: Ita D. Augustin. Serm. 207
expendit & nos diximus. Proinde non mire-
mur, quod tali propheta fidem beneficio remu-
neret optatamque tanto miracula conferat à le-
pra munditiam: Ostendit igitur (inquit D. Ambr.) ne
Exemplo non omnium esse divina mereri miracula
possitatis, sed eorum quibus religiosa deuotionis
studia suffragantur. & Deum eos fructu operis ab-
ducant, qui reuerentia ecclesis suis exores.

§. 22. Repleti sunt ira. Pupigit illos genti-
lium, quos execrabantur exemplum, & il-
los Dominus deseruit: quod supremum om-
nium est supplicium.

ET repleti sunt omnes in synagoga ira, hic au-
dientes. Illorum Christo datum, attende
responsum: valebant rationibus, & rem
manibus age & tentant. O proditores, au igno-
rantis quod Iob Dominus exposuerat. Qui scili-
cet cum Deo disputare uultur, suisque vult
Deus respondeat argumentis, pariter & ipse res-
pondere debet obiecta sibi à Deo rationi:
Nemoquid, qui contendit cum Deo, tam facile con-
quiescit: Visque qui arguit Deum, debet & respon-
dere illi. Norunt hoc iusti, ac prudentes si cum
Deo contendant, tales obijci rationes, quae nul-
lam habent solutionem, unde sibi cauent (in-
quit Divus Gregorius) nec cum Deo volunt
contendere, qui cum Davide deprecantur: Do-
mine ne in furore tuo arguas me, &c. Non intras
in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis uiuens. Qui tandem est
adeo temerarius ut sibi praesumat intrare iudi-
cium cum Deo, suaque proponere rationes ac
velit ut Deus illis respondeat, ex consequenti,
Dignus & ipse respondere tenetur argumetis. Ad
hoc astringuntur Nazateni, verumtamen res-
pondere rennuunt. omniaque responsi loco velut
aspides peribibus clecta in illum seditiosi con-
surgunt, quaruntque trucidare. Fuit autem hoc
salus.

50
Iob. 39 et 2
In Psa. 7.
Pament.
Psal. 6. 2